

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Sebastiani Castellionis Sacrorum Dialogorum Libri  
Quatuor, Quos Postremo Ipse Recognovit: Argumenta  
Singulis Dialogis Praeposuit, Et Sententias Sublicit ...**

**Châteillon, Sébastien**

**Francofurti, 1761**

**VD18 12886300**

Jonas.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18303**

n gent Apheco, Dei præsidio occasione occides. Sed  
sta ulti perge porro, cape sagittas. I. Cepi : quid tum?  
uam ja Feri terram. O factum male, si quinquies per-  
m. Acuissiles, aut sexies, tum poteras Syros delere fun-  
placeat ditus. Nunc eos ter tantum superabis, quoties  
ominur videlicet terram pulsavisti.

## SENTENTIA.

In Vate plus est præsidii, quam in exercitu.  
Vatis mors est & Regi deploranda. Fata ab-  
strusa sunt.

JONAS. Jonæ I.

## ARGUMENTVM.

Vexati tempestate nautæ, invocatis fru-  
stra diis, factaque jactura, Jovæ vatem ex-  
citant, qui in navi dormiebat. Deinde  
sorte jacta, ut eum sonem & tempestatis  
causam esse deprehenderunt, jaciunt in  
mare, ipsiusmet adnionitu. Ita pacatur  
tempesta.

*Nauclerus, Nautæ, Jonas.*

Proh jupiter, quanta sævit tempesta: quanti  
undarum fluctus nostram navem undique ver-  
berant! Dicas Neptunum & Æolum, omnesque  
adeo deos in nostram conjuravisse pernicieim. Ne  
sævi tantopere aquarum præpotens Neptune: ne  
eos perde, qui se tuæ fidci mandaverunt. Tuque  
o Æole, cui potestatem in ventos dedit Jupiter,  
cohibe tam effrenatum eorum impetum. *Naut. Diū*  
*immortales, quid habetis in animo? huccine ve-*  
K nisse



nisse nos, ut tam misere periremus? Parci quæsumus, parcite: nos vobis sacra faciemus tibi Neptune taurum, vobis agnam, Tempestatem auctabimus: tantum liceat hinc salvis evadere. *AL.* Ledæ proles, Castor & Pollux, amica nauis, obsecro vestram fidem, reddite nobis mare tranquillum, reddite amicam cœli serenitatem. *Nauc.* Nihil agimus, video, tam furdi sudii, quam est ipsum mare. *Naut.* Quid supere? *Nauc.* Ut jacturam faciamus. *Naut.* Durum. *Nauc.* Sed necessarium. Extremo autem maximum adhibendum est remedium: atque unam vel sic evadere liceat. Festinate, dejiciamus merces. Praestat rem perdere, spem aliquos retinentes, quam cum re certum exitium expectare. Vos o cœli marisque potentes dii: et faltem contenti hac nostra miseria: quid mortales insuper minamini? Hei mihi, magis magisque furiunt venti, ingravescit tempestas: irritant superi, non placantur nostris votis & precibus. Quo jam, quo me vertam! Erat hic nescio qui peregrinus. Ubi nunc est? *Naut.* Dormit a infimum navis latus. *Nauc.* O supinam secundatatem. Heus, heus peregrine, quem tandem dormiendo modum facies? potes in tanto periculo indulgere somno? quin tu surgis, & tuum in hoc temporis articulo Deum invocas: si quis fortissimum existat, qui hoc a nobis malum avertat & praesens auxilium ferat? *Naut.* Frustra laboramus: causa tanti mali perscrutanda est. <sup>a)</sup> O portet

<sup>b)</sup>  
a) Intelligebant nimis, tempestates interdum ab hominum peccata excitari.



Parci portet aliquem hic adesse, qui se nefario aliquo  
 faciem scelere obstrinxerit, propter quem tantopere ira-  
 npestat scuntur dii. Sortiendum est, quis sit in causa.  
 evade Nauic. Placet, ducantur sortes. Euge, fors hunc  
 ica nau peregrinum designat. Vides te, peregrine, ac-  
 site no cusari. Dic quæso, unde tantum in nos malum  
 fereni ortum sit, quod vitæ genus sequaris, unde & quo  
 surdi su eas, cujas sis, & qua gente natus? *Z.* Jam jam  
 supere nullum superest effugium, teneor manifesto. O  
 Duru inevitabilem Dei potentiam! Ego sum Hebræus,  
 em ma Jovæ cœlestis Dei cultor, qui & mare & terram  
 atque u fabricatus est. Is me Niniven ire jussérat, ut  
 ejiciam eum populum, otio & luxu disfluentem, & per-  
 aliquad ditum, mea admonitione ad meliorem frugem,  
 m exp & saniorem vitæ rationem deducerem. Cujus  
 dii: e ego muneric tristitiam defugiens, statueram Tar-  
 morte sun in Ciliciam me conferre, & ejus conspectum  
 nagisq evitare, cujus oculis omnia sunt subjecta. *N.* Per-  
 irritant funditus. Inscite prorsum, homo, & male  
 precib abs te factum. Sed postquam factum quod est,  
 scio qui infectum fieri non potest, quid tibi nunc censes  
 ormit a faciamus, ut placatori mari utamur, quod vehe-  
 n secund mentius semper agitari vides? *Z.* Vos vero me  
 dem do in mare deturbetis, si id sedatum vultis. Nam  
 pericul certe scio ego, mea unius causa vos hac tam ve-  
 m in ho hementi tempestate afflisci. *N.* b) Avertant  
 uis fort superi, ut tua morte saluti nostræ consulamus.  
 averta Non faciamus. Agite viri fortes, incuimbamus  
 ra labo remis, conemur ad terram appellere. Eja, adhi-  
 st. a) O bete

K 2

bete

b) Magna est, ut in fero alicquin hominum genere,  
 humanitas.



## 148 DIALOG. SACRORVM

bete summas vires: eja, rumpamus hos fluctus,  
 O rem miseram: crescit assidue malum, nulla ra-  
 tione terram possumus attingere. *J.* Frustra su-  
 datis invito Deo. *N.* Quid ergo est, te ne nos in  
 mare? *J.* Nisi mavultis mecum una perire. *N.*  
 O desperatissimum perfugium: sed tamen satis  
 est, te solum, quam nobiscum interire. Facien-  
 dum est, socii: nulla alia ad evadendum via est,  
 video. Efferatur mare, rumpitur navis, mors  
 nobis versatur ob oculos. Demergamus eum.  
 Obscuramus te Jova, ne pereamus ob hujus viri  
 mortem: neve a nobis poenas sanguinis ejus ex-  
 petas. Vides nos necessitate impulsos facere, &  
 tu omnia tuo arbitratu moderaris: jaciatur. O  
 rem admirabilem: videtis, ut subito sedata sit  
 tempestas, eo dejecto? Videris mare sic tran-  
 quillum, ut nunquam tranquillus? Agnosco,  
 agnosco ego Jovæ potestatem immensam? is ni-  
 mirum Deus est, cæteri nequicquam precibus in-  
 terpellantur. Uni, uni debetur gratia, uni itaque  
 sacra votaque faciamus.

## SENTENTIA.

*Frustra implorantur falsa nomina, serviente vero  
 Numine, Deum effugere nec terra nec mari possis.  
 Cum fontibus navigare, hoc est, versari, noxiu-  
 est. Manente causa pænae, manet pæna.*

## RABSACES. 2 Reg. 18.

## ARGUMENTVM.

Rabsaces ab Assyriæ Rege Senacheribo  
 missus, Hierosolymitanos, qui erant in  
 muris,

